

USUS E VERSU X.

(1) Pie omnino oratur pro impietatis exterminatione, ita tamen, ut impiorum serventur personae. L. de precibus.

(2) Conservatio justorum in beato statu unice dependet à Deo.

(3) Omniscius est Deus quoad abditissima hominum quæq; corda scilicet atq; renes. (L. de Deo) quod ipsum fortissimum esse debet infucata pietatis incitamentum.

(4) Justitia Dei soletur immeritò pressos, in virtutum tramite contineat probos, terreat iniquos.

USUS E VERSU XI.

(1) Protectio, clypei instar undiquaque defendens adversus mala quævis occurrantia, à Deo solo petitur speraturque securissimè. L. de providentia.

(2) Integritati cordis opera imprimis danda, ne hypocrisis fallacisve aut circumventionibus ullum relinquamus locum: Job. XXVII, 6. 1. Tim. I, 5. 18. 19. Actor. XXIII, 1. XXIV, 16. 2. Cor. I, 12. 2. Tim. I, 3. 1. Pet. III, 16.

USUS E VERSU XII.

(1) Dei iudicium nec declinari, nec ullò modo corrumpi potest, v. L. de jud. ext. nec non Dei justitia.

(2) Deus non ex improvviso obruit contra correctiones prævias: minatur verbis, prodigiis, multisque modis aliis. Nostrum est, Spiritui pulsanti aperire aures atque corda Apoc. III, 20. tantæque Dei longanimitate flecti ad respicientiam. Rom. II, 4. 2. Pet. III, 9.

PSALMI VIII. DISPOSITIO.

Dominus dominator. Deus mirabilis in regnò potentia & Gratia. Admirabile nomen Domini.

Est hic Psalmus totus epæneticus, qui post titulum v. 1. continet I. propositionem de majestate tamæ Dei; quæ illustratur mentione (1) loci, universæ scilicet terræ, (2) laudis seu decoris, omnes cælos superantis. v. 2. (3) personarum, qui sunt infantes &c. (4) finis, propter hostes compescendos &c. v. 3.

II. Confirmationem, (1) à potenti cælestium

A

USUS E VERSU XIII. XIV.

(1) Resipiscere per Dei gratiam, & prævenientem & cooperantem & subsequenter, omnino possumus ac debemus. Spiritui si resistatur, culpam tribuat peccator sibi ipsi: Hof. XIII, 9. Matth. XXIII, 37. Jef. LXV, 12. Jer. VII, 13. Luc. VII, 30. &c.

(2) Arma in perniciem innocutorum laboriosè congesta, ad sui destructionem parat suppeditatq; Deo peccator ipse, acuens quasi gladium ac tela, imò stramen, sulphur fascisque congerens ad sui vivicomburium.

USUS E VERSU XV. XVI. XVII.

(1) Infaustus omnino est peccatorum partus: Jac. I, 14.

(2) Alteri parans exitium, perdit plerumque semetipsum: lex talionis nimis conspicua plurimisque experimentis comprobata: Jef. XXXIII, 11. Sap. XI, 17. Jud. I, 7. Esther VII, 9. Dan. VI, 24.

(3) Consilium malum consultiorei hodieq; pessimum. L. de peccatorum pœnis.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Exauditionem sequi debet gratitudo devota Psal. L, 15.

B

(2) Laudem meretur Dei justitia, multifariam afflictis invocantibus declarata, nec non majestas divini nominis, ex se laudes omnium creaturarum longissimè supergressa. n. præc. de laude Dei.

PSALMUS VIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

למנצח præcentori:) vide Psal. IV, 1.
נגינות) est nomen instrumenti musici, ut נגינות Psal. IV, 1. & נחלות Pl. V, 1. fortassè id in gaudiis vindemiatoriis usitatum, (descendit enim à נג & plural. נגיות torcularia,) vel quia formam torcularis quodammodo referebat; aut ab urbe Palæstinæ Gath, ubi primùm fortè fuit inventum, quomodo Chald. vertit: ad cytharam advectam à Garb. ita instrumenta Lydia, Phrygia. &c: toni Lydii; apud Aristotelem 8. polit. Quidam de nomine melodiæ aut initiò cantilenæ, alii, ut Junius, de locò seu statione arcæ, cum deportanda ea esset ex Kirjathjearim in Sion. R. Sal. B. Melech. censet, Psalmum hunc conscriptum, cum David versaretur in Gath Philisth. Habetur autem hæc vox tantum in titulis Psal. LXXXI, 1. LXXXIV, 1. & h. l.

שומר) vide Psal. III, 1. & præter commentatores consuetos de psalmò hòc confule D. Mulleri Judais. p. 1360. D. Cramerii Schol. proph. cl. 4. p. 386. Feurbor. fasc. 1. p. 200.

EXPLICATIO VERSUS II.

יהוה) quidam essentialiter de tota S. Trinitate, alii personaliter, vel de Patre, vel de Filiò sumunt. Simplicior sententia prima.

מה quam:) pronomen hoc interrogativum rei, quid, fit h. l. adverbium intendendi, ut Ps. III, 2. Pr. xv,

constructione, (quæ tamen ad Christum collata, nulla sunt:) v. 4. (2) benigna hominis Christi recordatione, vers. 5. (3) brevi ejusdem exinanitione, (5) gloriosissimâ exaltatione, v. 6. (5) universali omnium Creaturarum subjectione, v. 7. 8. 9.

III. Conclusionem, quæ est ipsius propositionis epanaleptica repetitio. v. 10.

23. &c. Proficiscitur autem hæc admiratio ex profundâ potentia ac beneficentia Dei meditatione.

נאדר magnificum, decorum:) Descendit hæc vox à נאדר magnificum, validum ac tremendum se demonstravit: (Exod. XV, 6. 11. per plagam:) tribuiturque rebus insignibus, v. g. cedris, Ezech. XVII, 23. aquis impetuosis, Exod. XV, 10. Psalm. XCIII, 5. phialæ decoræ Jud. V, 25. regibus, Psal. CXXXVI, 18. &c. Sic & h. l. magnificam Dei famam describit, quæ est admirabilis; unde LXX. οὐρανὸν ὁδοῦ. vide Psal. LXXVI, 5. splendidus es, נאדר ὁ gloriose.

שםך nomen tuum:) i. e. nominis tui fama quæ aliàs ex librò naturæ, hinc tamen specialiter per Evangelii concionem diffusa est in toto orbe. Jef. LIV, 13. Jer. XXXI, 33. 34. Rom. X, 28. Nomen includere tum attributa, tum opera Dei, notatur à Theologis. Kimchi, nomen tuum, i. e. tu ipse.

בכל הארץ in universâ terrâ:) h. e. non modò universâ terra à te condita potentiam tuam ostendit, verùm apud omnes homines sanâ mente præditos, & ad opera tua attentos idem tuum præconium extollitur; impii enim v. 3. excluduntur. Patet hinc, intendi à Davide tempora Messia, cum aliàs in V. T. tantum in Israël Ps. LXXVI, 2. CXLVII, 19. celebratum fuerit Dei nomen. confer Deut. IV, 19. 20. Psalm. CIII, 7. Ephes. II, 12. Rom. I, 21.

E 2

אשר תנה